

ginei uteri corpore formanda, nihil detrimenti Marianae integritati illatura esset. Ultimam tandem expositionem addo, propositis verbis satis congruam, habetque fundamentum in verbis Theophylacti (*super cap. 1. Luc.*), ubi ait: *Sicut avis obumbrat pullos, ita et divina virtus totam Virginem apprehendit. Obumbrare quidem certum protectionis genus denotat, persimile valde ei, quod avis suis pullis impendit. Bifariam autem avis pullos suos protegere noscitur: primo modo, cum intra vitellum sunt, et tunc non aliter protegit, quam sub umbraculo alarum, nativo suo calore illos confovens, ut virtute eius in lucem prodeant: secundo modo, quando iam foras productos nutrit, ac debiliem cibum ad eorum incrementum eis exhibet: ut ergo haec duo officia sacra Virgo praestare possit erga Christum, Spiritus sanctus, instar avis incubantis, in eam supervenit, virtutem ei conferens; tum, ut virgo manens, focunda esset, et filium conciperet; tum, ut postquam illum peperisset, eundem ubere de coelo pleno posset lactare, et nutrire; unde Spiritus sanctus instar divini sponsi virginem obumbravit, foecunditatem ei conferens, et virginitatem conservans, ut ipsa, tanquam vera mater, Verbum divinum humanae carnis velamine cooperiens, in vitello uteri sui obumbraret; ac deinde temporaliter natum, et in lucem editum coelesti lactis sui neclare, ac dulcissima ambrosia refeceret, aleret, atque nutrebat. Duo tamen ad proposita verba hucusque exposita melius intelligenda, explicare oportet, primum est, quare opus hoc conceptionis Christi in utero virgineo adscribitur Spiritui sancto? Spiritus sanctus supervenit in te: unde et concilium Nicaenum ait: *Christum conceptum de Spiritu sancto*; cum tamen Augustinus (*1. de Trin.*) dicat, indivisa esse opera Trinitatis ad extra? Respondeo, certum esse, totam Trinitatem conceptionem Christi operatam esse, secundum tamen singularem aliquem modum singulis personis tribuitur, Patri, ut militanti Filium, ut temporaliter conciperetur; Filio, ut assumpti naturam humanam; Spiritui sancto, ut formanti in consortio Virginis corpus Christi ex purissimo eius sanguine. Quare autem Spiritui sancto tribuitur magis huiusmodi formatio, quam Patri, aut Filio, Augustinus (*in Enchir. c. 40. tom. 3.*) hanc reddi rationem: *Iste modus, quo est natus Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis praecedentibus meritis, in ipso primo eordio naturae suae, quo esse coepit, verbo Dei copularetur, in tantam personae unitatem, ut idem ipse esset filius Dei, qui filius hominis, et filius hominis, qui filius Dei*; haec tamen d. Augustinus. D. autem Thomas (*3. p. q. 32. art. 1. in corpore*) ait, formationem, et conceptionem Christi propterea speciali ratione Spiritui sancto tribui, quia ille est amor Patris, et Filii; Deum autem assumere carnem humanam, ortum habuit ex summo Dei amore, iuxta illud d. Ioannis (*c. 3.*): *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Tertiam nos congruentiae rationem addimus: quia cum Spiritus sanctus non habeat aliquam productionem activam aeternam, et ad intra, ut scho-**

lastici theologi loquuntur, in qua suam manifestare potentiam, ideo convenienter, ut illa magis mundo innolescat, ei tribuantur opera omnia ad extra tam in ordine naturali, quam supernaturali: unde sicut in creatione mundi ait Moyses, quod Spiritus Domini ferebatur super aquas; ita in reparatione eiusdem idem Spiritus ferebatur super Virginem, angelo dicente (*Luc. 1.*): *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

Verum restat dubiolium aliud explicandum, quod ex hac doctrina oriri videtur: nam si speciali ratione Spiritui sancto tribuitur, quod formaverit corpus Christi, etiam deberet ei attribui, et adscribi esse patrem illius; maxime quia Spiritus sanctus supplevit in generatione Christi virilem operam, atque adeo substitutus fuit loco patris. Unde sicut b. Virgo dicitur mater Christi, quia subministravit materiam purissimi sanguinis sui ad formandum corpus illius, ita Spiritus sanctus, quia tanquam activum principium effective produxit illud corpus, erit pater illius, et genitor. Respondeo ex unanimi sententia omnium theologorum, neque Spiritum sanctum, neque totam Trinitatem, licet alioquin active concurrerit ad temporalem Christi generationem, patrem eius dici posse: quia pater per generationem communicat aliquid filio de sua propria substantia, ratione cuius evadit filius similis in natura suo patri; Spiritus sanctus autem, et tota Trinitas nihil de sua substantia per generationem corporis Christi ei contulerunt, nec ipse ex vi illius produxit similis Spiritui sancto, aut toti Trinitati; et ideo neutri convenire potest esse patrem Christi. Docuit hanc doctrinam angelicus Doctor (*3. p. q. 32. art. 3.*) in haec verba: *Dicens, quod Christus conceptus est de Maria Virgine materiam ministrante in similitudine speciei; et ideo dicitur filius eius. Christus autem secundum quod homo conceptus est de Spiritu sancto, sicut de activo principio, non tamen secundum similitudinem speciei, sicut homo nascitur de patre suo; et ideo Christus non dicitur filius Spiritus sancti: idque satis explicavit angelus, cum protatis illis verbis: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, continuo subiunxit: Ideoque et quoad nescitur ex te sanctum, coabitavit Filius Dei: non dixit: filius Spiritus sancti, nec filius Trinitatis, sed Dei, scilicet Patris; cui cum Filio, et Spiritu sancto sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XIII.

Ingenti animi conceptionum copia, multiplicique sacrae Scripturae eruditione elucidantur verba illa: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, ubi de obedientia, humilitate, et fortitudine Virginis permulta traduntur.

Cum satis exploratum, ac manifestum sit, potuisse Spiritum sanctum Christi conceptionem in virgine Mariae utero perficere absque Mariano assensu; non potest mysterio vacare, quod

non aliter eam perferret, quam Virginis interveniente consensu. Sanctus Augustinus (*serm. de Nativ. Dom.*), necnon d. Thomas (*3. p. q. 30.*) aiunt, quod, quia in omni matrimonio requiritur non solum consensus viri, sed et foeminae; ideo in celebratione matrimonii Verbi divini cum humanitate, et Christi cum Ecclesia, quorum meminit sponsa dicens (*Cant. 3.*): *In die desponsationis illius, et in die laetitiae cordis eius, oportebat, ut non solum ex parte Verbi divini, sed et naturae humanae, cuius vicem gerebat Virgo, consensus adesset. Id etiam eleganter, ut assolet d. Chrysologus (*ser. 140.*), his verbis dixit: *Ad Virginem Deus aligerum patitorem mittit; nam dat arham, dotem suscipit, qui fert gratiam, fidem refert, et tradit, munere virtutis, qui mox virginei consensus resolvit sponsonem. Sed praeter hanc rationem tres ad idem praecipue occurrunt; prima, quia sicut Deus per gratiam suam, tametsi efficacissimam, nullam personam ratione utentem ad amicitiam suam sine consensu illius pertrahit, ita cum per hoc mysterium b. Virgo ad singularissimum cum Spiritu sancto amicitiam, et continuationem ineamdam elevaretur, utpote quae speciali ratione futura erat eius sponsa, et consors ad Christi generationem efficiendam, certe ad suavem Dei providentiam pertinebat, ut liberum Mariae expecteret consensum: unde Rupertus (*lib. 1. in Cant.*), et eruditissimus Guilielmus, interpretantes verba illa: *Osculetur me osculo oris sui*, aiunt, per illa significasse beatam Virginem consensum, quem adhibuit ad Verbi incarnationem in proprio utero perficiendam: verba Guilielmi (*sup. 1. cap. Cant.*) haec sunt: *Incarnationis Dei Filii praemisit ad eam unum ex familiaribus suis, ut consensum, et cooperationem eius flagitaret; quippe notebat omnipotens suae incarnationis miraculum operari in ipsa, non cooperante ipsa; nec carnem volebat assumere ex ipsa, non dante ipsa; non sic quando immissit soporem in Adam, ut de corpore nescientis tolleret, unde illi mulierem formaret; haec ille. Secunda ratio: quia, cum incarnationis arcaum fuerit Deo omnium opus gratissimum, oportebat, ut cooperatio Virginis ad Christi conceptionem esset spontanea, et libera, ut sic Deo grator existeret: *Hilarem enim datorem diligit Deus* (*2. Cor. 9.*); coacta autem obsequia, et per vim extorta parum, vel nihil ei ardent: unde d. Ambrosius (*super cap. 1. Luc.*) eleganter dixit: *Nec sane ita operatur Deus in electis suis, ut artifex in materia inanimata, et insensibili: requirit enim ille assensum nostrum, quem etiam angelus ex Virgine assensu est, cum illa dixit: ecce ancilla Domini. Accedi ad haec, quod beneficium non confertur invito, ut docuerunt iurisconsulti in l. invito ff. de regul. iur. oportebat igitur, ut b. Virgo consentiens dignitatem Matris Dei acceptaret. Tertia ratio sit: quia conveniens erat, ut sicut humani generis ruina non sine assensu foeminae accidit, ita nec eiusdem restauratio absque foeminae consensu perficeretur; ita adnotavit s. Petrus Chrysologus (*ser. 142.*) dicens: *Andis agi, ut homo cursibus iisdem, quibus delapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam; agit cum Maria angelus, quia cum Eva an-*****

gelus egerat de ruina, ut nostrae perditionis conveniens nostrae reparationis principium responderet: immo b. Petrus Damianus (*ser. de Ann. Virg.*) his adiunxit: *Per ipsam, et in ipsa, et de ipsa totum quod faciendum decernitur, ut sicut esse illo nihil factum, ita sine illa nihil refectum sit. Quarta tandem ratio sit, ideo voluisse Deum, non aliter, quam dependenter ex Virginis consensu incarnari, ut sic tantae Virginis obligatioribus debitores nos omnes constitueret, videntes, ex eius voluntate nostram omnium salutem dependisse. Hanc certe rationem perpendebat d. Bernardus (*hom. 4. sup. Miss.*), cum dixit: *Expectamus et nos, o Domina, verbum miserationis: ecce offertur tibi pretium salutis nostrae; statim liberabimur, si consentis: hoc lotus mundus tuis genibus provolutus expectat, ex ore tuo dependet redemptio captivorum; responde ergo verbum, quod terra, quod inferi, quod expectant super; et ibidem etiam alia subdit Bernardus mellifluis eius calamo digna: *Expectat angelus responsum, expectamus et nos, o Domina, verbum miserationis, quos miserabiliter premit sententia damnationis. In semperiterno Dei verbo facti sumus omnes, et ecce morimur: in tuo brevi responso unius sciendi, ut ad vitam revocemur. Hoc supplicat a te, o pia Virgo, hebitis Adam cum misera sobole sua, exul de paradiso; hoc Abraham, hoc David, hoc totus mundus tuis genibus provolutus expectat: o Domina, responde verbum, quod terra, quod inferi, quod expectant et super: ipse quoque omnium Rex, et Dominus, quantum concepit decorem tuum, tantum desiderat et responsionis assensum; haec tamen d. Bernardus: quibus non dissimilia habet Augustinus (*serm. de Nativ.*), ubi inquit: *Responde iam Virgo sacra, assensum tuum angelus praestolatur, Deus in porta est, angelum, quem moraris, expectat, o beata Maria; saeculum omne captivum tuum deprecatur assensum, te Deo mundus suae fidei obsidem facit, per te parentum suorum iniurias obstergi deprecatur: haec Augustinus. Videor mihi nunc videre Deum tunc temporis scaeae coelestis iam immitentem, et descensum in terras parantem, quemadmodum Iacob olim illum vidit, ut legitimus Genes. 28.****

Ceterum, iam explicare exordium sacratissima illa verba, quibus b. Virgo consensum suum expressit (*Luc. 1.*): *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* Inter alias Virginis virtutes, duae praesertim in propositis verbis mirum in modum effulgunt, obedientia nempe, et humilitas, et quidem obedientiam satis indicat verbum illud, *Ecce*: quod magnam animi promptitudinem ad superioris mandatum exequendum praesertat, ut non obsecrare commonstrat illud Balaam, qui ad regem Balac respondit: *Ecce adsum*; et illud Samuelis, qui ter a Domino vocatus, et totidem ab Heli sacerdote accessit, occurrit, dicens (*1. Reg. 3.*): *Ecce ego Domine: necnon illud Isaeiae in persona Christi dicens: *Tunc dixi: ecce venio.* Quare, sicut olim, ut *1. Reg. 25.* legitimus, quando nuntius David ad Abigailem missus, ut certiorum illum faceret, electam esse in uxorem regis, ipsa respondit (*ibid.*): *Ecce famula tua sit in ancillam, ut laetet pedes ser-**

orum domini mei; ita beata Virgo angelo annuntianti sibi in Matrem Dei electam esse, subito animi promptitudine respondit: *Eccc ancilla Domini*. Quam Virginis obedientiam praefigurant inanes, quas Eleazar dedit Rebeccae, futurae Isaac sponsae, quam constat Mariae typum gessisse, sicut et Isaac Christi figuram praetulit. Theophylactus (in c. 1. *Luce*) ingeniose haec verba elucidans: *Eccc ancilla Domini*: ut promptissimam Virginis obedientiam commendaret, in persona eius ait: *Eccc tabula sum pictoria; pingat pictor, quod voluerit*: quasi diceret: instar tabulae, parata sum ad recipiendam quancumque imaginem, quam coelestis pictor in me delineare, aut effingere voluerit: quod sane reipsa ita contigit: nam, cum aeternus Pater divinam imaginem, quam est, Filium suum, qui *imago est bonitatis, et figura substantiae illius, in utero Mariae impressit, eam ipsa libentissime suscepit, et purpureum carnis colorem ei communicavit, humana carne illum induens*. Ad haec, inter omnes insignes divinae voluntati obtemperantes, quasi miraculum, et portentum obedientiae, sacra volumina referunt Abrahamum, cui cum Dominus diceret (Gen. 12): *Exi de cognatione tua, et de domo patris tui, ille sine ulla haesitatione discessit, et ante evangelii tempus evangelica iam mandata servavit, cum, ut placeret Deo, nec parentes, nec domum, nec patriam relinquere dubitavit*. Postea praecipitur illi, ut corpori suo, et suorum circumcisionis vulnus infligat; libens ille acquiescit: iubetur, ut filium ex ancilla susceptum cum matre educat; non contradicit: postremo imperatur, ut Isaac, quem iuxta Scripturae testimonium valde diligebat, immolandum, et occidendum Deo offerat: *Tolle, inquit (Gen. 22), filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, et vade in terram visionis, atque ibi offeres eum super unum montem, quem monstravero tibi: hoc vero iuxta expositionem d. Chrysostomi (hom. 42. Gen.) dictum fuit, ut de charitatis, et dilectionis admonitione, et nominis recordatione, tentationis pondus accumularetur, et paternus affectus torqueretur ex memoria promissionis, cum antea Deus dixisset ad eum: In Isaac vocabitur tibi semen: unde Ugo Victorinus (in suis adnot. super Gen. c. 22) egregie inquit: Hoc Deus intendebat, ut magis, ac magis accenderet carnalem amorem patris erga filium; ut postea praeparat amorem Dei suo carnali amori, et c. in vincet, gloriosior esset victoria. Quod si vera esset sententia quorundam Hebraeorum, referente Nicolao de Lyra (super c. 12. Gen.), asserentiam, non unum praecipit, sed plura Abraham fuisse imposita a Deo, inde etiam commendabilior redditur eius obedientia: autumant illi, quod Dominus primo dixit Abraham (Gen. 22): *Tolle filium tuum*; et quod ipso Abrahamo respondente: paratus sum obedire, sed cum duos filios habeam, de quoniam praecipit intelligis? Dominus secundo dixit: de unigenito. Ipso autem adhuc respondente: quilibet est unigenitus matris suae; Dominus tertio dixit: quem diligis; et ipso adhuc respondente: utrumque diligo; Dominus iterum dixit: *Tolle Isaac*: et hoc totum ideo factum esse conten-*

dunt Hebraei, ut ex pluribus responsonibus ad obediendum, maiorem Abraham suae obedientiae mercedem reciperet.

Ceterum, quomodoque res se habeat, licet celebris, et aeterna memoria digna fuerit Abraham obedientia, cum ea tamen, quam b. Virgo praestitit, minime venit comparanda; tum quia, quemadmodum maior, et dignior censetur obedientia, quae regi a regina exhibetur, quam illa, quae a famulis idem praestatur, ita Mariae obedientia, quae Genitrici Dei, et Reginae coeli electa erat, mirum in modum excedit eam, quam famulus Dei Abraham ei exhibuit: tum quia, si in eo valde effulsit Abrahami obedientia, ut filium, quem diligebat, Isaac, Deo in sacrificium offerret, Maria Filium, quem incomparabiliter ardentiori amore prosequatur, quam Abraham matrem suum Isaac, in mortem tradere non dubitavit: tum quia, si Abraham obtulit mortem filium suum, ipsius tamen mortis debitor erat, quia per peccatum introivit mors in orbem, et nos omnes constituit eius debitores; unde Paulus (Heb. 9) dixit: *Statutum est hominibus senel mori*; at beata Virgo obtulit Filium, minime mortis debitorem, sed inter mortuos liberum, ut dixit David. Cum igitur beatissima Virgo, quando angelicae legationi assensum praebuit, in praeparatione animi esset ad offerendum mortem filium suum mox concipiendum, ex dono namque prophetae, et ex assidua sacramentum literarum lectione aperite cognoverat, Christum Dominum cradeli mortis genere interficiendum fore; certe, ex quo prolulit illa verba (Luc. 1): *Eccc ancilla Domini*, quibus consensus suum expressit, exinde divinae voluntati obsecandans, dirae crucis morti libentissimo animo Filium obtulit.

Sed iam profundam humilitatem, quam b. Virgo his verbis ostentavit, latus contempleremur; magnitudinem huius humilitatis pendens Rupertus Abbas (l. 1. in Cant.) in persona b. Virginis ait: *Nolite incubere mihi, ut exptiem, quantum in me humilitatem, mitis, et humilis corde inveneri; non possum alloqui non possum verbis consequi, res ista non est effabilis*: si ergo tanta est huius humilitatis profunditas, ut nec Mariana menti sit plene, et undequaque perspecta, mirandum certe non erit, si de ea pro dignitate non disseruerimus; al, si non pro meritis, et dignitate, pro modulo tamen nostro, ab eius laudibus, et praeconiis abstinendum non est; humiliter enim Mariae, humili sermone de eius humilitate tractasse non displicebit. Beata Virgo, cum alioquin multis divinis charismatibus locupletissima esset, hac industria, coelitus electa, ut se humiliaret, utelatur: considerabat se, ex parte sui, non ex parte donorum Dei, et sic agnoscebat ex seipsa nihil esse, et quod quidquid praestari habebat, ex divino munere acceperat. Unde recte Valabius (sup. c. 1. Luc.), ubi nostra Vulgata legit: *Respexit humilitatem ancillae suae*; ipse perdocte vertit: *Respexit nihilitatem ancillae suae*: cum enim ipsa recipere deberet in utero suo illum, de quo d. Paulus (Phil. 2) dixit: *Excarnavit semetipsum, formam servi accipiens*: ipsa certe, ut ei

se coaptaret, et contemperaret, se etiam excarnavit, et quantum est ex se, quasi nihilum se reputavit, cum humili Davide dicens (Ps. 38): *Substantia mea, quasi nihilum ante te*. Satis tritum est illud Aristotelis (2. *Physicor.*), assentis, licum debere proportionari locato; ut ergo esset beata Virgo aptus, condignus, et proportionatus locus ad recipiendum in se cum, qui habet esse per essentiam, opus fuit ut ipsa se reputaret tanquam nihilum. Ad cuius maiorem intelligentiam advertere oportet, philosophos duo infuila reperisse; unum positivum, quod est Deus; aliud privativum, quod est ipsum nihil, seu non ens, hoc enim infinitatem privativam importat, quatenus dicit negationem omnis entitatis, tam finitae, quam infinitae: ad hoc ergo, ut beata Virgo, quoad fieri posset, divino Spiritu affante se aptum, atque proportionatum locum ad recipiendum infinitam Dei maiestatem redderet, privativa illa infinitate se induit, quasi nihilum se esse agnosces, et ideo hac humili cogitatione vilesces, in illa verba prorupit: *Eccc ancilla Domini*. Atque huc etiam facit, quod Deus olim in figuram huius inarserat, altare sibi praeparari, quod inane esset, et concavum; sic enim ait sacer textus (Exod. 27): *Non solidum, sed inane, et concavum, intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est*: non secus, cum beata Virgo sacrum futurum esset altare, et ara, Spiritus sancti oleo uncta, oportebat quidem per humilitatem, qua tanquam nihilum se reputaret, inane, et cavam esse, ut in ea immaculati agni Christi Domini sacerrima victimam pro nobis immolanda collocaretur; ad id ergo praestandum servam se appellat, quae mox mater Dei futura erat. Celius Rodiginus (lib. 7. *lectionum antiquarum*) refert, sententiam fuisse omnium sapientum, servitum inter temporalia mala esse omnium pessimum, et abiectissimum, eo quod mancipia non sui iuris sunt, sed alterius iuri, ac dominio subsunt, libertate non utantur, cum tamen poeta dixerit:

Non bene pro toto libertas venditur auro;

actiones utiles eorum non sibi, sed dominis proficuae sunt, cum iuxta iuriconculti sententiam: *Quidquid acquirit servus, acquirit domino*; nihilominus tamen, ut beata Virgo magis, ac magis se demitteret, ancillae, et servae conditionem omnium abiectissimam sibi adscribit dicens: *Eccc ancilla Domini*: verum si Aristotelem (8. *Ethic.*) consulamus, quam recte congruat b. Virgini ancillam, et servam Dei appellari, facile deprehendemus: etenim ille servum vocat *instrumentum animatum*: unde cum proprium sit instrumenti non aliter operari, quam secundum quod movetur a principali agente, idque specialissime prae omnibus sanctis haberi Virgo, ut omnia sua opera non aliter operaretur, quam efficaci auxilio a Spiritu sancto mola, sacro concilio Tridentino attestante, nullam eius actionem Deo fuisse ingratam, aperte inde liquet, proprie, et verissime ipsam Dei fuisse ancillam, et ser-

vam. Illud tamen observant Patres (in commentario huius loci), et praesertim Bernardus (serm. super *Missus loci*), idque Marianam humilitatem non parum efficit, quod quanto angelus eam exaltavit, tanto magis ipsa se depressit, atque demisit, respondens: *Eccc ancilla Domini*: non dixit certe: ecce plena gratia, ecce quae gratiam invenit apud Deum, ecce super omnes foeminas benedicta, licet alioquin his omnibus titulis iam angelus eam cohonestaverat; non dixit: ecce reginam angelorum, et dominam mundi, ecce futuram Matrem Dei, ecce mulierem fortem, quae Luciferi caput conteret; non dixit: ecce, quae figuris terminum ponit, quae antiquas umbras fugabit, quae mosaycam legem abrogavit, quae divina oracula implebit, et ultimam perfectionis manum universo dabit orbi; sed e contra humillimo affectu respondit: *Eccc ancilla Domini*. O inauditam, ac stupendam humilitatem! cum Pater aeternus antiquissimae suae electionis angelicum nuntium ei mittit, cum coelestis paranympus eam salutat, cum Spiritus sanctus in eam supervenit, cum Verbum divinum de ea carnem mox assumeret, ad et digitalitem matris suae illum evertere satagat, ipsa nihilominus humilem ancillam se profertur. Mellifluis Bernardus (hom. 4. super *Missus*) hanc Virginis humilitatem admirans, ait: *Quae est ista sublimis humilitas, quae honori celere necesse, insoltescere gloria non nocet? Dei mater eligitur, et ancillam se nominat: non magnum est humilem esse in abiectione; magna vero prorsus et rara virtus, humilitas honorata*. Triplicem ego contemplerem humilitatem; primo coactam, quae licet ex se non sit meritoria, quoniam tamen liber acceptatur, et necessitas vertitur in virtutem, et habet meritum apud Deum: huiusmodi fuit humilitas Ioseph, de quo cequit David (Psal. 104): *Humiliaverunt in compedibus pedes eius*. Alia est humilitas spontanea, quam consideratio propriae vilitatis parit; de qua Michaelis (cap. 6): *Humiliatio tua in medio tui*. Tertia humilitas est honorata, ut d. Bernardi verbis loquar, quae, sicut arbor, quae tanto magis ramos suos versus terram inclinat, et demittit, quanto pluribus pomis onustior est, ita ipsa tanto quidem se magis despiciat, quanto coelestibus donis, ac divinis muneribus cumulatio existit; unde eleganter sapientissimus Petrus Ravenna (ser. de lau. V.) dixit: *Eccc, quam vocavit angelus Dominam, ipsa se recognoscit, et vocat se ancillam, quia devotus animus infusus beneficis ad obsequium crescit, augetur ad gratiam, non ad superbiam pertumescit, nec ad arrogantiam prosilit*. Legimus Exod. 9, quod cum Deus vellet Pharaonem plectere, eo quod populum suum ad sibi sacrificandum dimittere renueret, dixit ad Moysen, et Aaron: *Tollite plenas manus cineris de camino, et spargat illam Moyses coram Pharaone*; quo facto, continuo subdit sacer textus: *Facta sunt ulcera vestimentum turgentium in hominibus*. Palsvis in altum sublevatus, hominem in sublimem dignitatis locum exaltatum, significat, qui cum primum superum illum honorem attingit, continuo superbiae tumore, instar turgentium vestimentum, la-

borare incipit. Exemplum huius habemus, praesentis huic nostro insituto valde accommodatum, in superba illa ancilla Agar, quae, ut sacra refert Genesis (c. 21), cum agnovisset se ex magno illo patriarcha Abraham concepsisse filium, coepit intumescere, et Saram dominam suam despiciere: at longe diversum est ingenium, longe alia conditio humilis ancillae Mariae, quae videns se, non ab Abraham, sed a Spiritu sancto gravidam; non Isaacem, ut illa, sed Deum hominem mox concepturam, non solum non intumescere, non altum sapere, sed tunc magis se humiliare, ac delirare coepit, dicens: *Ece ancilla Domini*. Solomon, tamquam stupendum naturae miraculum commemorat, quod omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat ex eis; continuo lamen subdit causam huius, quae omnem tollit admirationem: *quia ad loca, unde exeunt, flumina revertuntur; ut iterum fluant*. Quare illud procul dubio mirabilius esset, si, cum in mare copiosissima illa flumina ingrederentur, ipsum lamen mare nec intumesceret, nec redundaret, sed potius ad breviorum locum se comprimeret. Hoc igitur mirabile, quod natura non novit, gratia in Maria ostentavit, in quantum, velut in mare, gratiarum, ac coelestium donorum flumina ingrederetur, ibique perpetuo manent: antequam enim Mater Dei efficeretur, plena gratia ab angelo saluatur, et deinde Spiritu sancto in eam superveniente, ac virtute Altissimi eam obumbrante, novis coelestium charismatum numeribus divina largitas eam cumulavit; nihilominus tamen, tot gratiarum fluentis in ea quiescentibus, non inflatur, non intumescit, non redundat, non in altum erigitur, quin potius magis, ac magis se deprimit, atque demittens, ait (*ibid.*): *Ece ancilla Domini*. Profecto humilitas optat nasci in solio felicitis fortunae, in cacamine perfectae sanctitatis, in vertice doctrinae, et fastigio dignitatum; vox enim humilis est, cui nihil est quo efferatur. Quid enim quaeso mirum, vel magnum, si qui facit, non alios despiciat. Illud grande, atque praecelsum, in altis non altum sapere; cum extolleris, te deprimere; et quod proprium est virtutis istius, meritis potum attingere, et opinione tua circa solum repere. Illud ergo super omnia humilitatem Virginis commendat, quod supra verticem sanctorum omnium constituta, et in Dei Matrem electa, quod omnem purae creaturae dignitatem transcendit, inter ancillas circa terram reptantes se connumeret, dicens: *Ece ancilla Domini*. Hanc Marianam humilitatem contemplant mihi, davidica illa humilitas, cuius meminit sacra Regum historia, in mentem venit: David quidem, cum in domum suam sacram Dei illam arcam reducere apud se statuisset, non solum in organis armigatis percutiebatur, et totis viribus ante Dominum saluatur: sed etiam *ephod lino accinctus*; deposerat enim, sicut plerique Patres exponunt, omnia regalia insignia, et accepit lineam vestem, sicut deducebat arcam testamenti Domini in iubilio, et clangore buccinae: cumque eius uxori Michol per fenestram David sic coram Domino saltantem prospiceret, eum in corde desepit suo: nec hoc contenta

est, sed ipsum David, cum iam domum esset reversus, talibus verbis est allocuta: *Quam gloriosus fuit hodie rex Israel discoperiens se ante ancillas servorum suorum, et nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris! id est, unus de immanibus, vel fatuis, sicut habet hebraicum originale; ita etiam, antequam Maria, quae tantquam vera Davidis filia, Dei Filium in sacram ventris sui domum exceptura erat, illum conciperet, opus fuit, ut ipsa a tanto patre non degenerans, se humiliaret, demitteret, ac villenderet, dicens: *Ece ancilla Domini*.*

Porro, quam haec profunda Mariae humilitas Deo pergrata fuerit, explicare propeceamus. In eius figuram legimus, foecundam pariter, et humilem Liam dixisse (*Gen. 29.*): *Vidit Dominus humilitatem meam; nunc amabit me vir meus*. Vidit sane Deum humilitatem Mariae, adeoque sibi complacuit in ea, ut variis metaphoris, ac tropis, instar veri amantis, amorem suum erga Marianam humilitatem indicaverit. Imprimis enim ait illi (*Cant. 1.*): *Collum tuum, sicut monilia*: ac, si diceret, ut egregie explicat Gulielmus (*super cap. 1. Cant.*): non riget collum tuum per superbiam, sicut collum illius, de quo dixit Iob (c. 15): *Caeurrit adversus eum, scilicet Dominum, erecto collo*; sed est pia humilitate flexile, ac prouide non eget aliis monilibus illud exornantibus, quia vere in se ipso non minus pulchrum est, quam ipsa monilia. Accidit non semel, ut cum quis intuetur pulchram aliquam imaginem, dicat: tota sane mihi placet, sed inter omnia flexio illa colli, et inclinatio capitis supra modum mihi arridet; non dissimiliter intuens Deum pulcherrimam hanc, quam extruxerat, Virginem, licet tota sibi placeret, iuxta illud (*Cant. 4.*): *Tota pulchra es, amica mea*; illa tamen flexio colli et inclinatio capitis, dum eximia humilitate dixit: *Ece ancilla Domini*, adeo ei placuit, ut uno crine colli illius captus maneret, et ipse fatetur, ad Virginem dicens (*Cant. 4.*): *Vulnerasti cor meum in uno crine colli tui*; per crinem intelligit Rupertus (l. 3. in *Cant.*) humilitatem, eleganter dicens: *Quid uno crine gracilius, et quid humilitate subtilius, quid crine gracilius, et quid humilitate contractius? crinis unus via comparat, humilitas via consentit, quod computari possit inter homines*. De hoc ergo humilitatis Marianae crine ait Dominus (*Cant. 4.*): *Vulnerasti cor meum in uno crine colli tui*: vel, ut habet alia versio: *excordasti me: alii vertunt: percussisti nos corde*: vel, ut LXX. Interpretes transtulerunt: *abstulisti cor meum*, hoc est, *flatum cordis mei*: quibus verbis non obscure indicavit beatam Virginem armis suae humilitatis fortissimum Deum devicisse, et a sinu eius Unigenitum extrahendū, in uterum suum adduxisse. In quo sane confidit, atque certamine impletum mihi videtur illud (*Ier. 15.*): *Fortis impugit in fortem, et ambo pariter ceciderunt*. Hic duos fortissimos intueor pugnatores: pugnat Deus, de quo David (*Psal. 23.*): *Dominus fortis, et potens*, Dominus potens in praelio: pugnat beata Virgo, de qua Sapiens (*Prov. 21.*): *Mulierem fortem quis inveniet?* Hi duo strenuissimi bellatores se invicem respicientes, inter se dimicantes, pariter ceci-

derunt. Cecidit Maria, se demittens, atque humilians: *Ece ancilla Domini*: cecidit et Deus ex utero Patris in uterum matris veniens: ecce ergo: *Fortis impugit in fortem, et ambo pariter ceciderunt* (*Ierem. 46.*). Quod si sollicitus scisciteris, quo armorum genere beata Virgo omnipotentem devicit, iam dixi, non alio, quam in uno crine colli sui. In cuius figuram legimus de Iudith (c. 8.), quod licet aliquin esset eleganti aspectu nimis, et incomparabili decore, omnium oculis perpulchra appareret; nihilominus tamen non splendentis oculi, non genae, non manus, non totius corporis venustas, sed sola calceamenta Holofernem devicerunt, sacro textu dicente: *Sandalia rapuerunt animam eius*. Hoc quid aliud nobis clarius ob oculos ponit, quam quod, licet pulcherrima esset b. Virgo a planta pedis usque ad verticem capitis, eius tamen humilitas, qua Mariani pedes, hoc est, eius affectus calcati erant, adeo ardentem in divino pectore sui amorem excitavit, ut illo captus aeterni Patris Filius, ad viscera Mariae, humanam carnem ex ea sumpturus, confestim descenderet? Quod si quispiam forte mirabitur, rebus adeo inter se dissimilibus, cuiusmodi sunt, *crinis, et calceamentum*, humilitatem comparari, advertat quaeso, quod cum humilis ex una parte instar calcis seipsum calcet, et omnium pedibus se submittit; et ex alia, Deus eundem, velut crinem capitis sui exaltet, iuxta illud (*Mat. 23.*): *Qui se humiliat, exaltabitur*: merito ob hanc rationem humilitas calceamento, et crini comparatur. Ne tamen a potentissimis humilitatis armis, quibus beata Virgo invincibilem devicit, quidquam recedamus, in memoriam quaeso roveocemus, non absque mysterio, divinam fortitudinem comparari a Spiritu sancto fortitudinem rhinocerotis. Refert d. Isidorus (*lib. 12. Ethim.*) quem sequuntur d. Gregorius (l. 31. *mor. c. 13.*), Incognitus (*sup. Psal. 77.*), Bartholomaeus Anglicus (*de animalib. c. 85.*), et Bercorius (*in reducto. lib. 10. cap. 83.*), quod Rhinoceros, seu unicornis, fortissimum, et indomitum animal, nulli cedere solitus est, a nullo se capi permittit; cum tamen ei occurrat Virgo perpulchra, eius amore captus, instar Melitensis canis, ad eam declinat, ac omnem ferocitatem deponens, in gremio eius mansuescit, et sic facile capitur, et ligatur; non dissimiliter Filius Dei, de quo David (*Psal. 28.*): *Dilectus, quemadmodum filius unicornium*; quamvis tanta fortitudine polleret, ut nemo eius potentiae resistere valeret, Mariam intuens, et humilitatis, ac pulchritudinis eius amore captus, ad virginem uteri gremium declinavit, in eoque victus requiescens, adeo mansuevit, ut recens natum videres illum ubera matris sugentem, pannis involvi, et ligari, iuxta illud quod canit Ecclesia: *Membra pannis involvita, Virgo mater alligat, et manus, pedesque et crura, stricta cingit fascia*; ecce tunc impletum, quod in figura eius legitimus, fortissimum Sansonem non alibi ligatum, et devictum, quam in gremio pulchrae Dalilae iacentem. Arbitror etiam ad id delineandum voluisse naturae auctorem, ut signum Virginis in coelesti Zodiaco inter Leonem, et Libram collocaretur, quia leo-

nis iram, et iustitiae severitatem temperans. Sane, si cum iracundia Dei divina iustitia congereretur, universum genus humanum perderet, cuius non obscurum argumentum habemus in horrendo illo supplicio regi Balthasaris divinitus illato. Apparuit in aula regia descriptum epitaphium illud: *Manc, Thechel, Phares* (*Dan. 3.*) appensus est in statera, et inventus est minus habens: ecce, quia statera, seu libra coniuncta erat leoni, Deus quidem ullionis, qui tribus digitis appendit molem terrae, eiusdem sententiam illam horrendam scripsit: *Divisum est regnum tuum, et datum est Medis, et Persis*; e contra vero haec nostra felici legis gratiae aetate signum Virginis, cuius meminit Ioannes (*Apoc. 1.*): *Signum magnum apparuit in caelo*, non sinit libram cum leone coniungi; quin potius Deum adeo mitigat, ut et illum nobis benedicerent, et peccatorum remissionem impertiri faciat, David dicente (*Psal. 84.*): *Benedixisti Domine terram tuam, etc. operuisti omnia peccata eorum, mitigasti omnem iram tuam*; vel, ut legit d. Hieronymus: *Continuisti iram tuam*: vel, ut habet originale hebraeum: *Retraxisti, aut collegisti iram tuam*. Quando in bilance aliquid ponderatur, quanto maius est pondus unius sterae, tanto magis alia superius exurgit: olim certe adeo ponderata iustitiae statera, ut illa, quae misericordiae erat, ita in altum exurrexerit, ut coeli cacumen attingeret, id attestante David (*Psal. 33.*): *Dominus in caelo misericordiam tuae; ex interpositione tamen virginis signi iam misericordiae statera terram tangit, eodem propheta dicente* (*Psa. 30.*): *Misericordia Domini plena est terra*; iustitiae vero statera illius elevata est, ut idem David (*Psa. 84.*): *Iustitia de caelo prospectit*.

Tandem, iam ad sequentia verba explananda, si placet, accedamus: *Fiat mihi secundum verbum tuum*: in quibus sane illud primum observandum duxi, ex illis magis confirmari, et stabiliri Marianam humilitatem, de qua hucusque sermonem institimus: certe, cum angelus praedixisset Virgini, *Ece concipies*, ipsa non respondit *faciam*, sed *fat*; quia vere humilis, omnia bona a se facta, aut facienda, Deo adscribit, magisque ab illo, quam a se facta putat. Et quidem, si vera est sententia d. Thomae (3. p. q. 32. *art. 4.*), asserentis solum Spiritum sanctum effective concessisse ad conceptionem Christi, b. vero Virginem passive tantum, subministrando purissimi sui sanguinis materiam; satis congrue ad id explicandum non respondit Virgo, *faciam*, quia ipsa non erat effectura, sed *fat*, quia efficientia tota conceptionis a solo Spiritu sancto futura erat. Deinde, ut mens nostra excellentiam horum verborum magis percalleat, conferamus, obscuro, *fat* hoc Marianum, tam cum humano, quam cum divino *fat*. Sane si de humano loquamur, non negabit summorum Pontificum *fat* celeberrimum esse: at longe quidem inferior est hoc Virginis *fat*, cum per illud caeduae dignitates, fugaces honores, ac beneficentia parum stabilia conferantur; per istud vero *fat* celsissima illa, atque in aeternum duratura Dei matris dignitas Mariae collata fuerit. Si autem eadem comparatione, antequam

illud Dei fat, per quod facta sunt omnia: fat lux, et facta est lux: facta firmamentum, et factum est ita, in medium producamus, illud cerle liquido consilabit, grandiora quidem prodigia, et mirabiliora portenta ad istud Marianum, quam ad illud divinum, fat, patrala fuisse. Ad illud facta est lux, aeris tenebras depellens, ad istud factus est fons lucis, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, et spirituales mentis tenebras fugat; ad illud factum est coeleste firmamentum, sed ad hoc, quod longe id superat, Verbum caro factum est: ad illud tandem facta est mundi creatio, sed ad hoc fieri incoepit mundi redemptio, et restitutio. Ad haec patres illi antiqui, quasi strenae, ac sapientes piscatores, Filium Dei piscari ardentissime concupientes, varia petitionum relia, ut illum caperent, expanderunt, sed nunquam id consecuti potuerunt: unde merito usurpare sibi potuissent illud Petri (Luc. 5): *Per totam noctem laborantes nihil cepimus*; ad Virgine in lucem procedente, adfuit tunc virga ad illam piscationem apta, de qua Isaias (c. 7): *Egredietur virga de radice Jesse: hamus unius virgae fuit humilitas, esca virginitas, quia Filius Dei pascebat inter lilia: his instrumentis b. Virgo utens, cum primum protulit verba illa: Fiat mihi secundum verbum tuum, Filium Dei cepit, et in uterum suum clausit; tanta fuit illius fat potentia, atque efficacitas! Verum incopiam nostram suppleat copia Bernardi, ac faecundia illius melliflui oris, haec dulcissima verba in persona Virginis proferentis (in hom. 4. sup. Miss.): *Fiat mihi de Verbo secundum verbum tuum; Verbum, quod erat in principio apud Deum, fat caro de carne mea secundum verbum tuum. Fiat, obsecro mihi verbum, non protatum, quod transeat, sed conceptum, ut maneat, carne videlicet indutum, non aere; fat mihi non tantum audibile auribus, sed et visibile oculis, palpabile manibus, gestabile humeris. Nec fat mihi verbum scriptum, et mutum, sed incarnatum, et vivum; hoc est, non mutis figuris mortuis, in pellibus exaratum, sed in forma humana meis castis visceribus vicaciter impressum; et hoc non mortui calami depictione, sed sancti Spiritus operatione; ea videlicet modo fat mihi, quo nemini ante me factum est, nemineque post me faciendum: et rursum: Porro multifariam, multisque modis olim Deus locutus est patribus in prophetis, et aliis quidem in aure, aliis in ore, aliis etiam in manu factum esse verbum Domini memoratur; mihi autem oro, ut in utero fat iuxta verbum tuum. Nolo autem, ut fat mihi, aut declamatorie praedicatum, aut figuratim significatum, aut imaginario somnium, sed silenter inspiratum, personaliter incarnatum, corporaliter invecscatum; haec tam pie, quam sapienter Bernardus. Ne tamen a doctrina tanti Patris discadamus, illud addere licet, quod Marianam humilitatem ad coelum usque extollit, per illam, Matrem Dei fieri meruisse, verba Bernardi haec sunt: *Etiamsi placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit. Nec solum haec est Bernardi doctrina, sed et aliorum Patrum, et praesertim d. Augustini, cuius aurea verba, tametsi non pauca, gratanter recitabo. In hunc***

modum Virgine affatur (serm. 2. de Nat. Mar.): *Dic mihi, quae, tam sancti sanctorum Mater, quemadmodum myrtini odoris, et nivei coloris liliam convallium sine succo humanae propaginis, et sine imbre carnalis seminis in sinu Ecclesiae germinasti? Dic mihi, quae, unica mater, quibus manibus, vel quo deitatis articulo in utero tuo formatus est Dei Filius, cuius Deus solus est Pater? Dic, obsecro te per eam, qui te fecit, ut ipse feret in te, die, inquam, mihi, quid boni egisti, aut quantum praemium obtulisti, per quas potestates ambisti, quos patronos adhibuisti, quae suffragia praemisisti, quo spiritu, vel qua cogitatione ad hoc, ut acciperes, pervenisti, ut virtus, et sapientia Patris, quae attingit a fine usque ad finem, forsit, et disponit omnia suaviter, totus ubique manens, et sine ulla sui mutatione in uterum tuum veniens; ita castellum castum tui ventris incoereret, ut ingrediens, non laederet, exiens, incoelume custodiret? Dic mihi, quae, quemadmodum ad hoc pervenisti? et illa: *Quaeris a me, quod obtulerim munus, et unde mater effecta sim Creatoris? oblatio mea fuit humilitas mea, et ideo magnificat anima mea Dominum, quia respexit, non auro elevatum tunicum meum, non pomposo cultu radiantis auri ornamentum cervicis meae, aut pretiosorum lapidum, vel margaritarum dependentium inauribus meis decorum, aut gemmarum ruborem attendit, nec facio mendaci colorem, sed respexit humilitatem ancillae suae; venit enim ad me mansuetus, requiescens super maternum spiritum humilem, et mansuetum, ac tremulentem verba sua; haec ille. Hugo Victorinus (in suis adnotationibus super Magnificat) inquit: *Respexit Deus humilitatem Mariae, cui per humilitatis meritum dedit, ut Filium suum in carne conciperet, et de sua carne verum Deum, et hominem, omnium hominum Salvatorem, generaret. Accedit Ambrosius Ansbertus (l. 2. sup. Apoc.), qui (in comment. super Apocal.) beatam Virgine alloquitur: *O quantum meruisti, o quantum beata humilitas in sacra Virgine valuisti! quid enim in sacra Virgine meruisti, nisi ut Deum homini contingeres, ut Verbum carni unires? Confirmant idem egregia Rupertii Abbatris verba (lib. 3. in Cant.) dicentis: *Cum te reputares indignam viro, facta es digna Deo; cum te indignam iudicares facere semen in Israel, facta es digna, facere salutem ibidem; cum indignum te reputares, lactare filium hominem, digna habita es uberibus pulcherrimis, mammis virginis lactare filium, Deum, et hominem. Ac tandem idipsum non obscure mihi significasse videtur sponsa, cum in persona beatae Virginis dixit (Cant. 1): *Dum esset rex in acubitis suis, nardus me dedit odorem suavitatis: ad cuius loci intelligentiam, quo prius observare oportet; primum est, quod acubitus, in quo ab aeterno Filius Dei recubuit, fuit sinus Patris; secundum est, quod nardus, ut tradit d. Isidorus (lib. 17), est herba parva, nunquam in altum se erigens, iuvatque ad sanandos tumores, et utilis est foeminae ad conceptionem, ut et Bercorius (lib. 2. cap. 106) adnotavit in suo morali reductorio: hoc suppositio, sensus est, cum Filius Dei recumberet in sinu Patris, nardus virginiae humilitatis meae fragrantem adeo o-******

dorem emisit, ut eo ipse allectus ad sinum uteri mei descenderet, ut in eo illum conciperem, et carne induerem. Hunc suavem odorem Virgo praecipue dedit, quando ex auro cordis sui thuribulo verba illa prodierunt: *Ece ancilla Domini: fat mihi secundum verbum tuum.* Meruit ergo beata Virgo de congruo Christum sua humilitate concipere per nardum apte significata, tum propter parvilitatem suam, tum propter vim tumores sanandi, quod proprium est humilitatis, quae omnem vanitatem, et inflationis tumorem dissolvit. Quibus, si addas ex d. Isidoro (praec. loc.) virtutem, quam confert ad concipiendum, facile videbis, quam his verbis Callicorum consonant allata d. Bernardi verba: *Etiamsi virginitate placuit, ex humilitate tamen concepit Salvatorem mundi.* Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

Agitur de Christi Domini conceptione, cuius purissimum Mariae sanguinem in eius utero materiam extitisse ostendimus; variaeque huius sacerdotinae conceptionis sacramenta aperimus in illa verba: Ece concipies, et paries: quae ad mores etiam informandos convertimus.

Sacra commemorant eloquia, quod cum Elias infestissima Iezabelis persecutione oppressus in spelunca quadam iaceret, Dominus ad eum loquutus est dicens (3. Reg. 19): *Egredere, et sta in monte coram Domino; et autem Elias melius agnosceret, quando Dominus transiit, dixit ei: Spiritus grandis, et fortis, subvertens montes, et conterens petras ante Dominum: non in spiritu Dominus; post spiritum commotio: non in commotione Dominus; et post commotionem ignis: non in igne Dominus; et post ignem sibilus aurae tenuis: et tunc adventu Dominum. Ece tibi Verbi incarnationem, necnon Christi conceptionem adammissim delineatam: nam imprimis misus fuit a Deo angelus Gabriel, qui iure vocari meretur: *Spiritus grandis, et fortis, subvertens montes, et conterens petras;* cum ipse esset, qui Sodomam, et reliquas civitates, quae regio erat in Palaestina, et Arabia, penitus subverterat, atque in cineres, et favillas, copiosissimas illas civitates redegerat: al non in spiritu Dominus: hoc est, non statim atque spiritus angelicus Mariam salutavit, Dominus in Virgine per carnis assumptionem venit: subdit sacer textus: *et post spiritum commotio:* ecce commotionem, turbationem Mariae: turbata est in sermone eius; sed non in commotione Dominus, cum in hac turbatione Verbi divini incarnatio celebrata non fuerit. Subiungit deinde: *et post commotionem ignis:* ecce divini spiritus, qui ab Ambrosio (in Hym. Veni Creat.) dicitur: *Fons vivens, ignis, charitas, et spiritalis unctio, ardentem amorem, ac coelestem virtutem, Mariam foecundantem ad Christi generationem: Spiritus sanctus supercavit in te, et virtus Altissimi obumbravit tibi; sed non in igne Dominus;* CARTHAGENA DE B. M. F.—Vol. I.*

nec enim tunc Virgo Filium concepit, sed divina virtute operante virginis eius thalamus ad Christi conceptionem dispositus, ac praeparatus magis fuit, iuxta illud (Ecles. Rom. in quadam or.): *Spiritu sancto cooperante praeparasti.* Tandem ait, et post ignem sibilus aurae tenuis: sane in hoc sibilu Dominus adventi; quis enim quaevis suavior zephris, quis militior sibilus aurae tenuis, qui respiracionis flatus fragrantior, quam ille, quo Maria sacra verba illa formavit: *Ece ancilla Domini?* in hoc Mariano sibilu descendit Dominus de sinu Patris ad uterum matris, et in momento Verbum caro factum est. Nec enim existimare fas est formationem corporis Christi per multos dies, ut in nobis, durasse: ut enim docuit d. Augustinus (l. 83. q. 56), quadraginta dies natura spectat ad introductionem animae in corpus; in primis sex materia similitudinem lactis habet, in novem sequentibus sanguinis formam inducit, in duodecim postmodum coagulatur, et consolidatur, dicente Iob (c. 10): *Nonne sicut lac misisti me, et sicut caseum me coagulasti: tandem in decem, et octo dies postremos corpus illud organizatur, et cum plene dispositum est, anima ei a suo Creatore infunditur, ut idem testatur Iob dicens (ibid.): *Pelle, et carnis vestisti me, ossibus, et nervis coepigisti me, vitam, et misericordiam tribuisti mihi.* Non itaque per temporis intervalla, prout in reliquis infantibus contingit, sed in momento sacratissimum Christi corpus in utero matris formatum fuit, ut his verbis egregie docuit d. Damasus (l. 3. fidei orth. cap. 2): *Non ita, ut paulatim taciteque incrementis figura corporis aboleretur, sed uno, eodemque momento perfecteretur.* Non dissimilia sunt verba d. Basilii (hom. 25 de huma. Christigen.): *Hinc deprehendere licet, quod non secundum modum carnis constitutio Domini fuit; conceptum namque illius perfectum, non per intervalla paulatina formatum, ut plane verba declarant: non enim dicit, quod in ea conceptum fuit, sed quod in ea natum est. Ac tandem sanctus Thomas instanterque Christi ait fuisse conceptionem propter virtutem agentis infinitam, scilicet Spiritus sancti, per quem Christi corpus fuit formatum: tanto enim aliquid agens citius materiam disponit ad debitam formam, quanto maioris virtutis est: unde agens infinitae virtutis in instanti, cum vult, materiam disponit. Neque huc veritatem refragatur d. Augustinus, ut quidam perperam putarunt, ansam sumentes ex illis verbis, quae habentur (lib. 83. quaest.): *Non absurde quadraginta sex annis dicitur fabricatum templum, quod corpus Christi significabat, ut quot anni fuerint in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis domini perfectione: igitur quadraginta sex dierum spatium, iuxta Augustini sententiam, Christi corpus formatum fuit.* At s. Doctor se ipsum explicuit (lib. 4. de Trinit.) his verbis: *Dixerunt Iudei: quadraginta sex annis aedificatum est templum, et quadraginta sex dies non sunt ducenti septuaginta sex, qui numerus dierum complet novem menses, et sex dies, qui tanquam decem menses parentibus foeminae implantur; non quia omnes ad seculum diem post novem menses percipiunt, sed quia ipsa per-***

fectio corporis domini tot diebus ad partum perducta comparitur, sicut a maioribus traditum suscipiens Ecclesiae custodit auctoritas. Vult ergo d. Augustinus, corpus Domini usque ad partum perfectum esse, non 46. diebus solum, sed multiplicatis per senarium numerum: sic autem multiplicati dies sunt 276, id est, novem menses, et sex dies, qui a vigesimo quinto martii die, quo Christus est conceptus, usque ad vigesimum quantum diem decembris, quo est ortus, compulantur. Verborum itaque Augustini sensus est: quot anni fuerunt in fabricatione templi, scilicet quadraginta sex, tot dies, scilicet, quadraginta sex multiplicati per senarium, fuerunt in perfectione corporis Domini usque ad partum: non igitur loquitur de perfectione corporis in ipsa conceptione, de qua nos agimus, sed de perfectione usque ad Virginis partum. Hinc inferre licet, adeo Christo infanti placuisse in utero Virginis delitescere, ut cum aliorum infantium corpora a materno utero egreddiantur ante octavum mensem post perfectionem eorum conceptionem, Christus tamen Dominus ex virgineo thalamo egressus fuerit post novem menses, et sex dies ab instanti suae conceptionis: natus enim fuit post eius animationem decimo mense, iuxta illud (Sap. c. 7): *Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine: itaque magna celeritas in conceptione, et formatione corporis Christi causa extitit, et maiori temporis spatio, quam reliquorum infantium, corpus eius animalium in utero Virginis lateat. Concepti autem b. Virgo Christum Dominum in parvissima quantitate, ut sub metaphora unguiae expressit illam dicens (Ecl. 24): Quasi unguia vaporavi habitationem meam. Dioscorides (lib. 2. c. 8), praeter quam tradit unguam non comparere, nec ad manus hominum venire, donec aquarum stagna, in quibus moratur, deficiant, quod egregie praefigurat b. Virginem in mundo non comparuisse, donec ex regali eius prosapia defeceerunt reges, et patriarchae, adeo ut ad humilem fabrum lignarium eius prosapia descendisset, praeter hoc, inquam, refert etiam, unguam esse conchilium parvum, quod quia instar unguis est, unguia vocitatur, in cuius concavitate parvus pisciculus delitescit: quare beata Virgo tum propter clausuram virginitalis, tum etiam quia Christum Dominum adeo in parva quantitate concepit, ut vix humanis intuitus illum videre posset, ut testatur Magister sententiarum, merito se unguae comparavit (Ecl. 24): Quasi unguia vaporavi habitationem meam: maxime quia sicut ex vapore conchilli, et coelesti influxu intra clausuram eius parvulus ille gignitur pisciculus: ita ex sanguineo humore Virginis, Spiritu sancto coelestis cooperante, conceptus fuit Christus intra virginis utero, conceptus licet autem parvulus esset corpore, magnus tamen erat virtute, iuxta illud angeli ad Virginem (Luc. 1): *Hic erit magnus*: quae verba, etsi idem Gabriel de Baptista dixisset, longe tamen aliter, quam de Christo: de illo enim inquit (Psal. 144): *Erit magnus coram Domino, de Christo autem: Erit magnus, scilicet Dominus, iuxta illud Davidis (Psal. 47): Magnus Do-**

minus, et laudabilis nimis: longe autem maius est magnum esse Dominum, quam magnum esse coram Domino: unde d. Bernardus (hom. 4. sup. Miss.) verba illa expendens ait: *Bene magnus, quia filius Altissimi verebatur appellari. An non magnus, cuius magnitudinis non est finis? et quis magnus, ait David, sicut Deus noster? Plane magnus, quia tam magnus, quam Altissimus: et quidem cum aequalis esset Patri, Apostolo dicente (ad Phil. 2): Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, non poterat non esse magnus, ut his verbis eleganter dixit idem Bernardus (ubi supra): Altissimus Deus Pater, quavis omnipotens sit, non potuit tamen vel aequalem sibi condere creaturam, vel inaequalem sibi gignere Filium: ne autem quispiam magnitudinem illum falso indicaret eximia infantilis corpuseculi brevitate quidpiam mini, s. Pater Augustinus dixit (ser. 27. de temp.): Cuncta saecula ordinans de sinu Patris, hodiernum diem consecrans in utero matris, ita magnus in forma Dei, brevis in forma servi, ut nec ista brevitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudine brevitatis ista premeretur. Verum, quia non solum erat magnus, in quantum Deus, sed in quantum homo, ut verba angeli satis indicant loquentis de futuro: hic erit magnus; sanctus doctor Bernardus (hom. 4. sup. Miss.) subiungit: Bene ergo hic erit magnus, quia magnus homo, magnus doctor, magnus propheta, magnus sacerdos, magnus redemptor. Deinde ad Virginem se convertens haec mellitosa ab eius ore verba prodierant: Et tu quidem, o Virgo, parvulum paries, parvulum nutries, parvulum lactabis, sed videns parvum, cogita magnam, quia magnificabit eum Dominus in conspectu regum, et ut adoret eum omnes reges, omnes gentes servat ita: ac tandem ad nos omnes sermonem dirigens in hunc modum nos alloquitur: Magnificetur a nobis parvulus, magnus Deus, quos ut faceret magnos, factus est parvulus, et studeamus efficit, sicut parvulus iste.*

Ut magnitudinem hanc non nihil illustremus, placet in medium producere illud, quod Plutarchus (l. 2) de fortuna Alexandri commemorat: ait enim, quod cum Stasiterat observans insignes quosque pictores, et sculptores mirum in modum in exprimenda ad vivum Alexandri effigie elaborasse, in hunc modum ad regem alloquutus est: Mecum ipse, o Alexander, insignem statuem in nominis tui gloriam, et honorem affabrefacere cogitavi, quae ob materiae incorruptibilitatem, aeterna, ob fundamentorum profunditatem, immobilis, ob magnitudinem molis, immensa, ob singularis formae pulchritudinem oculis intuentium sit pergrata; ut autem tantum opus perficiam, non aliam elegi materiam, quam montem Athon, cuius pedes, et caput ita quidem aplabo, ut hoc coelum, illum mare contingant: in manu eius dextera ingentem concham apponam, in qua magna aquarum copia confluat; in sinistra vastissimum civitatem ad mullorum civium protectionem locabo. Novit quidem Alexander opus illud, naturae, et artis facultatem longe superare, et ideo tamquam futilem pollicitationem illam speravit: verum, quod naturae, et artis vires superat, in mysterio incarnationis gratia no-

vil attingere: mons enim excelsus est beata Virgo, Davide dicente (Psal. 47): *Fundatur exultatione uniterae terrae, mons Sion: et Isia (c. 2): Erit praeparatus mons domus Domini in vertice montium:* esse etiam apte significata per montem Athon, quia mons sanctus interpretatur; et quia mons est in Macedonia aliorum, quam locis, unde imbres cadunt, ut auctor est Solinus, id referente Bercorio (l. 12. in suo redemptor. cap. 35), qui et addit, umbram huius montis usque ad insulam Lemnon in forum oppidi Myrinae nomine porrigi, quod per sex, et octoginta millia passuum ab eo distat: quae omnia quam bene in Virginem conveniant, cum et ipsa sit altior coelo, et protectionis eius umbra ad longissimas regiones se extendat, facile cernimus. Ex materia ergo huius montis, ex purissimo sanguine Mariae, animata illa statua, omni adoratione digna, Iesus redemptor noster prodit: materia quidem, ex unione ad Verbum, incorruptibilis (Psal. 15): *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: duratione, aeternus: Christus autem manet in aeternum: divinitate, immobilis: Ego Deus, et non mutator (Mal. 3): magnitudine, immensus: Coelum, et terram ego imple (Ier. 23): forma, omnium pulcherrimus: Speciosus forma prae filiis hominum (Ps. 44): Deus quidem eius caput, quia, ut dicit d. Paulus (1. Cor. 11), caput Christi Deus, coeli cancellina tangit: illius tamen pedes, hoc est, humanitas, quae velut calcata erat divinitas, fluctus maris huius saeculi tangit: ad in manu eius dextera concha erat illa magna sacri baptismatis, in quam coelestium charismatum copiosissimae aquae confluxerunt, in sinistra civitas adert Ecclesiae militantis, in qua fideles, velut olim animalia in arca Noe, proteguntur.*

Ceterum, ut ad Christi recens concepti parvitatem redeam, illud, tamquam catholicae fidei dogma suppono, materiam, quam beata Virgo ad Christi conceptionem ministravit, purissimum eius sanguinem fuisse, ut expresse habetur in sexta Synodo (actione 2.ª, in epist. Sophronii), et d. Damasceno (lib. 3. fidei cap. 2) dicentes: *Filius Dei contraxit sibi ex castissimis, et purissimis sanguinibus Virginis carnem animaliam animam rationalem.* Hoc supposito, reperio quosdam non infini nominis doctores, asserentes sanguinem illum, quem exhibuit Virgo, cordialem fuisse, qui ad uterum, seu matricem eius descendens, sufficiens materia concipiendae prolis extitit: ita Albertus magnus (super Missus), et Henricus ordinis Praedicatorum, auctorque gravissimus, qui (sermone de annua) docet, quod ex sanguinis cordialis fonte proflunt quatuor rivuli sanguinis, circumstantes ad modum crucis: nam secundum naturales, cor ipsum inferius duas habet concavitates, unam ad partem dexteram, et aliam ad sinistram, quarum unaquaque duplex habet foramen, ad quod ex corde sanguis emittitur ad corporis membra: cum igitur salutationem ingereret Gabriel archangelus, certe superveniente Spiritu sancto, cor illud virgineum tanto gaudio, et amoris dulcedine statim exultavit, ut instar rosae vernantis se mirabiliter dilataret, atque in eius dilatatione fluxerunt hi fon-

tes sanguinis purissimi, instar auri in fornace, quod conflatum defluxit in virgas autem, stillantem sanguis ille sacratissimus in locum naturalem conceptionis, qui dicitur matrix: de quo, operante Spiritu sancto, formatum fuit humano Christi corpus. Eandem doctrinam docuit Pomerius (lib. 1. p. 7), qui et illam coelitus fuisse reflatam ex Alberto magno commemorat. Verum quia angelicus Doctor loquens de materia, ex qua Christi corpus fuit generatum, ait: *Ad naturalem modum generationis eius pertinet, quod eius materia, de qua corpus eius conceptum est, sit conformis materiae, quam aliae foeminae subministrant;* ideo doctrinam horum doctorum cum grano salis intelligendam arbitror, ut non intendant totalem materiam, quam subministravit Virgo ad corporis Christi formationem, in eius utero factam, sanguinem cordis fuisse, sed partialem tantum, ita ut cor aliquid purissimi sui sanguinis ad Christi conceptionem contribuerit. Ad quod magis illustrandum observare oportet, quod cum b. Virgineum angelicus sermo conturbavit, dicente Luca (c. 1): *Turbata est in sermone eius, timorem quemdam concepit, ut verba ipsius angeli satis indicant: Ne timeas Maria; vigente autem timore, natura ipsa, ut assolet, sanguinem misit ad fovendum cor Mariae; deinde vero cum auditus illis angelicus verbis timorem ab ea depellentibus, praee ximio gaudio exhalasset, continuo cor eius dilatari coepit, et sanguis, qui ad illud fovendum ascenderat, ad inferiora loca descendit, ex quo aliqua pars in matricem decidit, quae cum reliquo sanguine, qui alioquin ad eundem locum confluxerat, materia extitit, ex qua sacrum Christi corpus efformatum fuit, ut voluit Albertus magnus, ac reliqui praecitati doctores: est enim certum, ad conceptionem prolis, sanguinem ex uno loco ad alium moveri; unde d. Thomas (3. p. q. 33. art. 1) dixit, in conceptione corporis Christi tria esse considerata, motum localem sanguinis ad locum generationis; secundo, formationem corporis ex tali materia; tertio, augmentum quo perducitur ad quantitatem perfectam. Potuit ergo moveri sanguis ex corde ad matricem. Ne autem in natura ineffabilis huius formationis vestigium aliquod desisset, creavit auctor naturae, id referente Aristotele (l. 3. de hist. anim.), celebrem quantum avem in Arabia, cui nomen est Ornoemedia, vel, ut ab aliis appellatur, avis regia, quae non aliter prolem concipit, quam emittens partem aliquam sanguinis cordis sui ad matricem, ubi absque ulla praecedente commixtione maris et foeminae, solo vitali calore ac coelesti influxu, foetus eius concipitur, et generatur. Adamus sane mihi videtur generosa haec avis b. Virginem delineasse; illa quidem avis regia dicitur, Maria ex regia prosapia oritur, Ecclesiae canente: *Regali ex progenie Maria exorta refulget:* illa masculinum nesciens concipit, Maria virum non agnosces, sacram producit prolem, iuxta illud Isaiæ: *Ece Virgo concipiet:* illa sanguinem cordis emittit ad matricem, ut materiam foetus subministrat; Maria partem sanguinis cordis sui ad uterum emittit, ut ex eo tamquam ex materia sacrum Christi corpus formaretur:*

fuisse autem conveniens et rationi congruum, ut Marianum cor aliud ex purissimo suo sanguine ad id imperiret, illa congruitatis ratio hand difficile suadet, quod cum Christus Dominus fuerit nobis datus, non ex meritis nostris, sed ex mera gratia, et ex ardentissimo Dei amore, iuxta illud Ioannis (c. 3.): *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret*; oportebat, ut sicut illius conceptionis activum principium erat Spiritus sanctus, qui inter divinas personas solus personaliter est amor; ita et materiale principium partim esset sanguis a corde, amoris officina, descendens, et ubi praecepit residet et dominatur amor: unde ubi vulgata nostra legit: *Flos de radice eius ascendit*: Chaldaeus transfert: *Christus de filiis florum crescit*: alii ex d. Hieronymi doctrina, dicentis *lesse significare incendium*, vertunt: *flos de trunco incendii ascendit*: quo non obscure significatur, principia, ex quibus prodiit sacrum Christi corpus, amoris incendium flagrare; atque hinc est, b. Virginem veraciam, quam reliquae matres, Christo Domino dicere potuisse: filius uteri mei, et cordis mei; utri quidem, quia in utero meo ex materia, quam reliquae matres subministrare solent, te concepi; cordis vero mei, quia partim ex sanguine purissimo ab eo defluente corpus tuum efformavi.

Hinc etiam duplex venit abiiciens error circa Christi conceptionem: primus est, cuius meminit d. Thomas (3. p. q. 31. art. 6.), et quem miror Galatinum defendisse (lib. 7. cap. 4. de arcanis catholicae veritatis), ubi ut carnem Christi tam in se, quam in suis parentibus omnino faciat a peccato, eiusque debito liberam, asserit, Deum in Adamo particulam quandam substantiae eius designasse, et quasi separasse, ut omnino esset a lege peccati praeservata, eamque usque ad b. Virginem, per omnes sibi succedentes progenitores eius, integram fuisse transmissam, ut ex illa purissima cor formaretur. Hanc falsam opinionem ex eo refellit d. Thomas (ubi supra), quod caro Christi non fuit formata ex aliqua materia, quae esset actu pars corporis virginis, sed ex ea, quae erat pars in potentia, hoc est, de sanguine, quia sanguis est potentia caro. Secundus, et magis perniciosus error, fuit illorum, quorum meminit Caietanus (3. p. q. 31. art. 5.), qui asserabant, Christum Dominum conceptum fuisse in corde Virginis: quomodo errorum apertissime expugnant verba Gabrielis ad Mariam dicentis (Luc. 1.): *Ecce concipies in utero, et paries filium*: nolenter quidem dixit in utero, tum ut ostenderet hanc Christi conceptionem non fuisse spirituales, aut metaphoricam, instar illorum qui dicebant (Isai. 26): *A facie tua Domine concipiemus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum salutis*, sed veram et corporealem; tum ut indicaret, non fuisse apparentem, aut phantasticam, prout observavit d. Petrus Chrysologus, dicens (ser. de Ann.): *In utero dixit Angelus, ut conceptus esset veritas, non figura; ut partus esset proprietas, non imago; ut sicut Deus verus de Deo vero natus est, sic de vero conceptu veritatis humani corporis nasceretur*: tum ut expresse

doceret hanc Christi conceptionem in loco naturali Virginis fuisse, in quo humana proles ab aliis matribus concipi solet: tum tandem ut alluderet partim ad promissionem illam factam Davidi (Psal. 131.): *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*: in qua, ut adnotavit s. Irenaeus (lib. 3. c. 27), sermo non est de ventre ipsius David, cum vir non dicitur de ventre suo generare, sed de ventre b. Virginis ex davidica progenie oriundi: partim ut alluderet ad verba ipsius Davidis in persona Dei Patris dicentis (Psal. 109.): *Ex utero ante luciferum genui te*.

Est enim singularis simpathia, ac mira proportio inter aeternam a Patre, et temporalem a Matre Christi generationem: nam praeterquam, quemadmodum illa in utero Patris, ita haec in utero Virginis fuit: sane sicut illa exiit absque matre, ita et ista absque humano patre; et sicut illa fuit cum integritate genitoris, ita et haec, salva semper manente integritate genitricis; et sicut per illam genitus est Dei Filius consubstantialis Patri, etiam per hanc prodiit idem consubstantialis matri, hoc est, ex substantia eius, humana carne indutus: et sicut Deus Pater genuit Filium suum, volens et complacens, ita b. Virgo volens, et salutationis angelicae consentiens, Christum Dominum concepit, dicens (Luc. 1.): *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum*: et sicut ubi a Patre procedens pulcher adeo evasit, ut a Paulo (Heb. 1) appelleretur: *Splendor gloriae, et figura substantiae eius*, ita hic tanta pulchritudine decoratus ex materno utero prodiit, ut a Davide (Psal. 14) vocetur: *Speciosus forma prae filiis hominum*: et sicut ubi per aeternam generationem Filius Dei rex processit, divinitatis diademate coronatus, ita per temporalem conceptionem ex thalamo virgineo egressus est, regia illa corona redimitus, de qua Salomon (Cant. 3): *Videte filiae Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua*: et quemadmodum celebrata aeterna Filii Dei generatione, continuo productus est Spiritus sanctus, sic facta temporali Christi generatione, mox per specialia dona productus fuit Spiritus sanctus in animis Elisabeth, et Ioannis Baptistae, sacro evangelista dicente (Luc. 1): *Et exultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth*: ac tandem sicut conceptio illa Christi aeterna sancta fuit et immaculata, ita et haec temporalis, omnis maculae expers, miram sanctitatem redoluit, ut non obscure significasse mihi videtur Isaias, cum dixit (c. 8): *Accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium*. Prophetae quidem non a se ipsis, sed a Spiritu sancto afflato, futura vaticinantur, d. Petrus dicit (2. Pet. 1): *Non voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines*: cum ergo Maria fuerit haec prophetissa, quae concepit, d. Basilio (in 8. Isai.) dicente: *Quod Maria prophetissa fuerit, ad quam proxime accessit Isaias per praenotionem spiritus, nemo contradixerit, qui sit memor verborum Mariae, quae propheticam afflata spiritu, locuta est: Magnificat anima mea Dominum*: consequens est, divino Spiritu afflatam, Christum Dominum concepisse,

ut et angeli verba satis contestantur: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*: sancta ergo et immaculata fuit eius prolis conceptio. Ceterum mirabilia, quae in illa effulgent, commemorare incipiamus. Ilud primo loco et numero, observatione dignissimum, nimirum Christum Dominum, per temporalem generationem, utiliore multo ex materno utero nobis prodidisse, quam per aeternam a Patre processerit: per hanc enim purus Deus evasit consubstantialis Patri, per illam vero carne indutus, ex utero matris exivit; est autem manifestum, utilius humano generi existisse *Verbum caro factum*, quam carnis humanae expers, prout a Patre prodivit.

Ut tamen reliqua mirabilia, quae in sacerrima hac Christi conceptione effulserunt, brevi sermonis eloquio detegamus, placet pulchram antithesim, seu contrapositionem inter Christi, et antichristi generationem, in medium producere. In primis ab angelo benedicta nominatur Mater Christi: *Benedicta tu in mulieribus*; mater autem antichristi divino prociitio copiosissimus ignis in flammam erumpens; non secus ex virgineo thalamo egressus est Deus noster, qui ignis thalamos est (Deut. 4), et qui dixit (Luc. 12): *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?* deinde si Olympiadi ventem sigillo visus est consignatus, Mariae ventrem excellentiori illo legiterrime virginitalis sigillo obsignavit Spiritus sanctus. Rursus, si visa est in ventre Olympiadi imago leonis, adfuit quidem in utero Mariae non figura leonis, sed qui cecit leo de tribu Iuda, Christus Salvator noster; et si ibi Philippus vidit iuxta lectum Olympiadi horribilem draconem adsidentem, ad eundem modum Ioannes lib. suarum revelationum sibi olesnam commemorat b. Virginem, cuius partui leterrimus draco insidiari cupiebat (Apoc. 12): *Postquam vidit draco, quod prociectus esset in terram, persecutus est mulierem, quae peperit masculum*: ac tandem si Alexander Iovis filius, qui iuvans Pater interpretatur, falso nuncupabatur, Christus Dominus Filius Dei Patris naturalis omni modo veraciter nominatur, iuxta verba angeli (Luc. 1): *Et filius Altissimi vocabitur*. Ad haec meminit, Iustinum Martyrem (in dial. cum Triph.) dixisse, Deum esse centrum quod ubique est, eius tamen circumferentiam nullibi esse: est enim tanta eius immensitas, ut in omnibus rebus sit, et nulla comprehendi, aut inter certos limites circari possit: nihilominus tamen illud mirabile videre est in hac sacra Christi conceptione, quod quem coeli caelorum capere non poterant, ipsa Virgo suo gremio contulerit, immensoque illi centro circumferentiam apposuerit, Ieremia (c. 31) dicente: *Foemina circumdabit virum, dum intra septa virginis uteri sui Dei immensitatem ac maiestatem concludit*; quod valde mirabile esse, nemo sanae mentis inficiabitur: maxime si et aliud stupendum opus, quod inde ortum habuit, attenta mente perpendat. Olim quidem immense mare sempiternae deitatis absque limite et termino, tumebat: suae irae fluctibus, peccatores mundaebat; in Marianum tamen uterum ingrediens

Quanto autem Christi conceptionem antichristi generationi dissimiliorum intueor, tanto Alexandri Magni conceptionem, quod nonnullas eius circumstantias Christi conceptioni similem magis reperio. Plutarchus loquens de Olympiade, magni Alexandri matre, ait: *Visus est, Iove tonante, venter eius de coelo tangi, itaque ex ictu largum succensum ignem, mox erumpens in flammam passim dispersas dissiparetur*: deinde scribit, Philippum Alexandri patrem vidisse in somnis, uxoris uterum sigillo consignatum, cuius sculptura imaginem leonis referebat, necnon etiam iuxta Olympiadi lectum draconem expectantem, ac tandem Alexandrum Iovis filium vocatum et habitum tradit Q. Curtius (de rebus gestis). Haec omnia ad Christi Domini conceptionem haud difficile erit convertere: nam si Olympiadi Alexandri matris visus est venter de coelo tangi, certe visus Altissimi uterum Virginis tangens, mirifice illum focundavit, ut verba sponsae non obscure indicant (Cant. 5): *Et ad tactum eius intremuit venter meus*: quod si ex tactu illo prociit copiosissimus ignis in flammam erumpens; non secus ex virgineo thalamo egressus est Deus noster, qui ignis thalamos est (Deut. 4), et qui dixit (Luc. 12): *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?* deinde si Olympiadi ventem sigillo visus est consignatus, Mariae ventrem excellentiori illo legiterrime virginitalis sigillo obsignavit Spiritus sanctus. Rursus, si visa est in ventre Olympiadi imago leonis, adfuit quidem in utero Mariae non figura leonis, sed qui cecit leo de tribu Iuda, Christus Salvator noster; et si ibi Philippus vidit iuxta lectum Olympiadi horribilem draconem adsidentem, ad eundem modum Ioannes lib. suarum revelationum sibi olesnam commemorat b. Virginem, cuius partui leterrimus draco insidiari cupiebat (Apoc. 12): *Postquam vidit draco, quod prociectus esset in terram, persecutus est mulierem, quae peperit masculum*: ac tandem si Alexander Iovis filius, qui iuvans Pater interpretatur, falso nuncupabatur, Christus Dominus Filius Dei Patris naturalis omni modo veraciter nominatur, iuxta verba angeli (Luc. 1): *Et filius Altissimi vocabitur*. Ad haec meminit, Iustinum Martyrem (in dial. cum Triph.) dixisse, Deum esse centrum quod ubique est, eius tamen circumferentiam nullibi esse: est enim tanta eius immensitas, ut in omnibus rebus sit, et nulla comprehendi, aut inter certos limites circari possit: nihilominus tamen illud mirabile videre est in hac sacra Christi conceptione, quod quem coeli caelorum capere non poterant, ipsa Virgo suo gremio contulerit, immensoque illi centro circumferentiam apposuerit, Ieremia (c. 31) dicente: *Foemina circumdabit virum, dum intra septa virginis uteri sui Dei immensitatem ac maiestatem concludit*; quod valde mirabile esse, nemo sanae mentis inficiabitur: maxime si et aliud stupendum opus, quod inde ortum habuit, attenta mente perpendat. Olim quidem immense mare sempiternae deitatis absque limite et termino, tumebat: suae irae fluctibus, peccatores mundaebat; in Marianum tamen uterum ingrediens

inundantes illos suae iracundiae fluctus coerens, iam peccatores non absorbet, nec eos exundat, quin potius praefixum habet terminum, ne ulterius progrediatur, naturam scilicet humanam, quae ad misericordiam illum alliciens ac movens ait (Job 38): *Usque huc venies, et non procedes amplius, et huc confringes lumentes fluctus tuos: hoc erit litus tuum, nempe humanitas tua, cuius minime oblivisci potes, nec ab ea oculos renovare, cum indissolubili hypostaticae unionis vinculo intime illam tibi copularis. His mirabilibus aliud insigne d. Bernardi subiticiam, quod (in serm. sup. Sign. magn.) his verbis scripsit: Iure istud molestissimum laedum, quo reliquae omnes gravidae muliee laborare noscuntur, sola non sensit, quae sola sine libidinosa voluptate consensit; unde et in ipso suae conceptionis initio, quando potissimum ceterae mulieres miserabiliter affliguntur, Maria tota alacritate montana contendit, ad Elisabeth ministraret. Ac tandem ut paucis multa sacrae huius conceptionis mirabilia complectar, d. Chrysologi elegantissima verba (ser. 2. de Annun.) in medium producam: *Ecce concipies in utero: bene concipies, quod caro nascit, quod conditio non habet, non admittit naturam. Quis ante ad fructum pervenit, quam terrae laborem sentiat, et sudorem? Quis ante poma carpit, quam plantae suam tribuat, et impendat industriam? Quis praeter viam ad villam pervenit mansionem? Quis praeter naturam, naturae suscipit incrementum? B. Virgo et bene b. Maria, quae praeter generandi curas, praeter materni doloris fastidia, tandem gemitus pervenit ad gloriam. Ad extremum, ut iam finem dicendi faciam, sequentia verba, *Et paries filium, nonnihil illustrare oportebit. Equidem quia conceptio b. Virginis futura non erat instar illarum, quarum meminit Isaias (c. 37) inquit: *Venerunt filii usque ad partum, et virtus non est parienti: ideo apposite satis angelus subiunxit ad verbum concipies, illud aliud et paries; ut significaret partum eius non abortivum, sed incolumem in lucem feliciter ecludendum fore. Quorsum autem loquendi et stylum, et ordinem mutaverit Gabriel angelus, ut eum dixisset Zachariae: *Uxor tua pariet tibi; B. vero Virgini non addiderit verbum tibi, sed absolute dixerit paries: arbitrator, in fallor, rationem fuisse, quod probe agnovit Virginem parituram non solum sibi, sed communi totius orbis saluti. Ea quidem pietas ac generosi animi commendanda conditio, ut commuae bonum praeferat peculiari emolumento. Invenies quandoque homines quosdam sibi soli tantum natos, aliorum commodum prorsus despicientes; secus autem b. Virgo peperit filium, non sibi soli, sed omnibus nobis. Nam quemadmodum in plateis, et quandoque in plateis civitatis fontes scaturire solent, ex quibus quisque pro libito haurit aquam ad bibendum, ad abstergendum sordes, et alios similes usus, in qualibetque hora porrigit tibi fons aquas, quoniam semper per fistulas manat; ad eundem modum b. Virgo fons est uberrimus, veluti per aureos canales aquam benedicti ventris tui, hoc est, Filium diffundens, cunctis bibere, vel suas sordes*****

mundare volentibus. Et quemadmodum urbs Roma patria vocatur communis omnium hominum, quoniam recurrentes ad Pontificem, summum Ecclesiae pastorem, benignissime recipiuntur, aethiops, graecus, barbarus, indus, denique omnes nationes in Christi vicario confugium habent, et protectionem reperiunt, ingressusque ad eum nemini interdicitur; non secus b. Virgo instar patriae communis cunctos suscipit, pro omnibus exorat, omnibus filium suum exhibet, quoniam peperit filium non sibi soli, sed omnibus. Regius Psaltes tantam b. Virginis miralul erga omnes charitatis magnitudinem, in eius commendationem cecinit (Psal. 86): *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei. Quaenam autem sunt illa, mox commemorans, in persona Virginis ait: Rahab et Babylonis scientium me: alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopiae, hi fuerunt illic, hoc est, omnes peccatores, quantumvis a Deo sint alienati, quantumvis Tyri, et Aethiopiae instar vixerint, quantumvis denigratae fuerint facies eorum super carbones, quantumvis innumerati, accedant in suis tribulationibus open imploraturi, fores invenient patentes, hoc est, b. Virginem paratissimam ad eorum subventionem. Unde David inquit: *Nunquid Sion dicit, hoc est, b. Virgo, homo, et homo natus est in ea? minime quidem; neququam erit apud eam acceptio personarum, sed quantumvis plurimi concurrant ad hanc civitatem, nullum non recipiet, neminem abiciet, quoniam Deus Altissimus eam fundavit, ut omnibus unicum esset refugium. In impetrandis etiam beneficiis non erit morosior, aut cum supercilio aget, sed cum maximo gaudio, eodem regio Vae dicente (ibid.): *Sicut laetantium omnium habitatio est in te: aut sicut hebraice legitur: omnes scaturigines meae in te: hoc est, fontes mei per te, o mater mea, cunctis hominibus salutare aquas propinabunt, quam uberrimas ad bibendum, et ad eorum abluenda scelerum sordes. Praeterea observa, quo pacto utrumque coniunxerit angelus: *Concipies, et paries, quasi duo per se distincta beneficia, nempe conceptum, et partum; et merito, quoniam dare prolem in ventre, sive foetum, ingens Dei beneficium est; ceterum concedere prolem partum, multo cumulatius. Hoc advertant foeminae gravidae, et earum viri, caveantque ne ob eorum peccata infantes de utero transferantur ad tumulum, iuxta illud (Job 10): *Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Vellem quaerere a parientibus, quorsum credo foeminae patiuntur abortum? ego proculdubio causas necum saepius exquirens, id genus calamitatis peccatis parentum tribuendum esse censui. Et quidem quemadmodum triste est spectaculum videre ex arbore foribus onusta, mox flante Aquilone flores decidere, et oplato fructu fraudari; ad eundem modum moestum et commiserabile dignum spectaculum est, foeminae gravidam, ante fructus perfectionem in ventre, et cum vix in flore est, factum intra ventris claustra interire. Si autem queras, quisi florem in terram deiecit, aut ante tempus immature demissit, respondebo, flavisse Aquilonem, hoc est, peccata parentum fuisse cau-*****

sam abortus, ut apud Iobum testatur Eliphaz Themanites, dicens de peccatore (Job 15): *Laelatur quasi vinea in primo flore botrus eius, et quasi olivae prociens florem suum: certum est, per botros, et per flores intelligi filios hominum peccatorum, quos immaturos auferit Deus ob peccata parentum; et quemadmodum apud Isaiam (c. 56) Dominus ait: Triste et miserandum esse, videre frumentum in agro natum, viridem, et cum aliquantulum creverit in herbam ante, messem totum efflorescere, ac immaturam perfectionem germinare, ramusculosque falcibus praecidi; ad eundem modum lugubrem ac miserabilem eventum putaverim, cum foemina uterum praegnantem gerente et immaturum fructum intra viscera sua continente, immatura mors supervenit, falce sua illum metens, ante quam matureseat, et in lucem prodeat. Igitur pro viribus parentes operam navent, ne eorum proles, anima simul et corpore pereat, in tempore, quo foemina gravida existit, piis actionibus vacent, et ad Dominum ex toto corde convertantur. Tradit Plinius, *Lusciniam avem, solum tempore quo foemina super ova incubit, edere suavissimum cautum, cum tamen reliquo totius anni tempore ab omnino cantu se abstinens sileat, ad canendum tamen non aliud quam prolis amor cogit; non secus, cum foemina gravidatur, ad praecavendum infelicem foetus abortum, divinae laudis cantibus vacare debet, crebro repetens angelicam illam cantilenam, quam Gabriel ei cecinit: *Ave Maria, ut Filium Dei conciperet: cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.***

HOMILIA XV.

Post prolata illa verba: Ecce ancilla Domini, celebratas fuisse nuptias in virgineo Mariae thalamo inter Verbum divinum, et naturam humanam, ostendimus, variisque modis hanc nuptiarum metaphoram illustramus.

Verbi divini incarnationem, seu illius cum natura humana hypostaticam unionem frequenter SS. Patres nuptiis comparasse reperio: d. enim Augustinus (in illa verba Psal. 18): *Tamquam sponsus procedens de thalamo suo, de Christo Domino ex virginis uteri thalamo egrediente illa interpretans, ait: Ipse procedens de utero virginali, ubi Deus naturae humanae, tamquam sponsus sponsae, copulatus est: et b. Laurentius Iustin. (lib. de casto connubio c. 9) ait: *Verbum sponsus, caro sponsa, virginalis uterus thalamus est: et latius d. Gregorius (homil. 38. in evang.) ubi haec praeclara scripsit: *Deus Pater, deo Filio suo nuptias fecit, quando hunc in utero Virginis humanae naturae coniunxit, cum Deum ante saecula fieri voluit hominem in fine saeculorum: sed quod ex duabus personis fieri solet nuptialis ista coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, ut personam Dei, et hominis redemptoris nostri Iesu Christi ex duabus personis credamus unitam: haecenus magnus***

Gregorius. Merito hi Patres mirabilem hanc Verbi divini cum natura humana et ineffabilem unionem cum nuptiis, seu sponsalitiis componunt. Nam si rem altius perpendamus, nihil certe eorum quae in principum felicissimis connubiis, et sponsalitiis concurrere solent, in hoc sacro Verbi divini cum natura humana coniugio desideratur: sicut enim matrimonium principum antecedere solet sponsalitia, seu, quod idem est, de inendo connubio promissio, ita quondam de Verbi divini cum natura humana coniugio facta fuit firma, ac stabilis antiquis Patribus pollicitatio: Abraham enim dixit (Gen. 22): *Quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo, per memetipsum iuravi, dicit Dominus: in semine tuo benedicentur omnes gentes: similiter Davidi sub incremento pollicitus fuit (Psal. 31): *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Sicut etiam in matrimonii consensu sponsae ad illum inendum intervenit, ita in hoc sacro Verbi divini coniugio b. Virgo humanae naturae vicem generis assensum exhibuit, cum dixit (Luc. 1): *Ecce ancilla Domini, ut his verbis ingeniose docuit angelicus Doctor d. Thomas (3. p. q. 30, art. 1): *Congruum fuit b. Virginis annunciari, quod esset Christum conceptura, ut ostenderetur, esse quoddam spirituale matrimonium inter Filium Dei, et humanam naturam, et ideo per annuntiationem expectabatur consensus Virginis loco totius humanae naturae; haec ille: unde sicut in magnorum principum nuptiis nobilissimus orator, aut paranymphus praemiit solet, ut rem mature praefaciat, et ad finem usque perducatur, sic ad celebrandas nuptias Verbi divini cum natura humana: *Missus est angelus Gabriel ad Virginem, qui ad consentiendum prudens suavor, et ipsius consensus non minus fidelis testis exiit, quam olim famulus Abraham, qui tamquam pronubus missus fuit ab eo ad quaerendum sponsam filio suo, et inveniens Rebekcam, in sponsam eam adduxit. Quod si item in nuptiis, et maxime regalibus, vir magna auctoritatis in patrum eligi solet, ad maiorem ipsarum nuptiarum splendorem, is certe in hoc Verbi divini cum natura humana connubio minime desideratur: patrum enim munus gessit Spiritus sanctus, iuxta verba angeli (Luc. 1): *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obrumbrabit tibi. Solent praeterea principum nuptiae in ornatisimo ac splendidissimo thalamo celebrari: cum thalamo virgineo, in quo sacrae istae nuptiae celebratae fuerunt, nulli quantumcumque splendidi, valet comparari, ut d. August. de miro eius apparatu loquens, his verbis edocuit (serm. 17. de Nativ.): *Expansit nunc fides splendentis uteri pulchra tentoria, virtus obrumbrat, Spiritus sibilet, naturali calore desupulso, tenuis Virginem aura refocet, et fluente refrigerio spiramentis coelestibus ventiletur, atque Virgini sericeis vervecundiae coronetur, flammis ibi rosae fulgor anhelat, albens illium candicet, mollis viola rotilet, purpurei spargantur flores, et vario nitore depictus Christi thalamus exornetur; haecenus d. Aug. Hunc eundem virginei thalami splendidissimum apparatus perpendens b. Laurentius Iustinian. (l.*******